

CAL. *Gluma* bivalvis: valvulis oblongis, acuminatis, membranaceis, planiusculis, subæqualibus, dorso carinato, crassiore.

COR. composita, biflora, hermaphrodita (non polygama), alterave levissime pedicellata, biglumis, non sub florescentia hians; *valvula exterior* majore, involvente interiorum, striata, dorso convexa, truncata quasi, terminata margine in aculeos quinque, patentes, validos, medio longiore: *valvula interior* angustiore, æqualis longitudinis: dorso plana, truncata, aculeis duobus corniculara, minoribus quam in gluma exteriori.

STAM. singulis flosculis tria, *Filamentis* setaceis, corolla longioribus. *Anthera* ovata, basi dehiscentes, bifida.

PIST. singulis flosculis *Germen* obovatum & turbinatum, basi ultra medium glabrum, sursum obtusum pubescens. *Styli* duo, erecti (ob corollam semper clausam), glabri. *Stigmata* acuta, simplicissima.

PER. . . .

Est singulare inter gramina proprie dicta, quod vagina sit integra nec marginibus obvolvuntibus se invicem. Nec possum bene referre hoc Gramen ad characterem Cenchri, nec flores hujus sunt Polygami, dissecti plures & inveni pistillum & in flosculo superiore & inferiore.

Omnes plantæ habitant in collibus Madritensibus.